Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sibi miserunt in munera dei. haec autem ex eo
quod deest illi omnem uictum suum quem ha
L cc xl viii T II M cc xl ii. M c xxx vii. buit misit. Et quibusdam dicentibus
de templo quod lapidibus bonis et donis
ornatum esset. dixit. haec quae uidetis. uenient
dies in quibus non relinquetur lapis super
lapidem qui non destruatur. Interroga L cc xl viiii. T II. M cc xl iii. M c xxx viii.
uerunt autem illum dicentes. Preceptor.
quando haec erunt. et quod signum cum fieri
incipient. Qui dixit. Videte ne seducamini.
Multi enim uenient in nomine meo dicentes
quia ego sum. et tempus appropinquabit.
Nolite ergo ire post illos. Cum autem audie
ritis proelia et seditiones. nolite terreri.
Oportet primum haec fieri. sed non statim fi
nis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra
gentem. et regnum aduersus regnum. et